Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uiriliter reluctantur. aspiciens ds bonu et certam.
donauit eum ut nullu calore carnalis concupiscen
tie pateretur.

Frater quida impugnabatur a fornicatione. & uidens
filia sacerdotis paganor in egipto adamauit
eam. & dixit patri eius. Da mihi filia tua uxorem. Iue
nis dixit ei. Non possu tibi dare eam. nisi interrogauero
dnm meu. Et consurgens abiit ad demonem. & dixit
ei. Monachus quida uult accipere filia mea. do
eam illi an non. Respondit ei demon dicens. Si negat
dm suu. & babtisma. & ppositu monachi. da eam
illi. Veniens autem sacerdos locutus est eadem ad mo
nachu. qui stati consensit. Et mox qsi coluba exiit
de ore eius. & uolauit in celu. Egressus sacer
dos ad demonem dixit. Ecce promisit se monachus tra
ulla que preceperas facturu. Et respondens. demon
dixit ei. Non des illi filia tua. quia ds ei non discessit
a eo. sed adhuc adiuuat eu. Quod cu audissi mona
chus. ingemiscens in semetipso dixit. Si tanta bo
nitate ostendit mihi ds mis. cu ego infelix negaue
ram ipsu & babtismu & ppositu monachi. & adhuc
adiuuat. cur recedam a eo. Et recepto monito salu
tis. cu celeritate uenit in heremu ad magnu qndam
senem. & narrauit ei omia. Cui dixit senex. Ieiuna
tres ebdomadas continuas. & ego deprecor dnm pro te.